


deinceps securus ac firmus ualeatis possidere
ET ut facti sumus post decessum vestrum secundum postu-
 lationem tuam. abbas de congregatione ipsa
 que electus a fratribus regulariter fuerit. ibidem ordinetur.
ET dantur in mandatis omnibus. ducibus. comitibus.
 gastaldis. nostrisque actoribus. ut nullus eorum contra
 presentem tranquillitatem nostre munitionis audeat ire.
 quandoque. sed perpetuis et infinitis temporibus. in
 ipso monasterio. uel in terra. seu successoribus. iuris
 nostra firmitas stabili ordine debeat permanere.

EX dicto doni regis ratione notassum. et ex die
 ipsius scriptis recepit. Aetate spoletina.
 in palatio. xvi. die mensis iunij. anno felicissi-
 mi regni. xxviii. predictione. vii. feliciter.



QUARTUS

ICITUR huius congrega-
 tionis prior extitit
 Fulcoaldus. natione aquitana.
 ex nobili oratore et sapiente.

Qui profuit huic sancte congrega-
 tioni. annis. xviii. et mensibus. vi. ac diebus. xii.

Obit uero in pace. iiii. non. dec.



NONINO. DON LIPUOTOS ET SUMVS
DUX. MONASTERIO SCS DICENTRICIS
 MARIS. que est situata in territorio raiuno. ubi